

Ein Brief Bischof Imads von Paderborn an Papst Gregor VII.

Von B. Schmeidler.

Sanctissimo papae patri et domino I. sanctę Paderbrunnensis ecclesiae servus et indignus episcopus subiectionem et obedientiam in Christo. Abiturus Romam ac sancti Petri et vestram aditurus serenitatem Hamamburgensis archiepiscopus mecum egit, ut ei litteras ad vos darem, testes eorum quae a me et suo predecessore felicis in Christo memoriae Adelberto [circa¹] Rihcwalum canonica auctoritate prioribus annis sunt gesta. Quarum rerum alias litteras ad ipsum Liemarum archiepiscopum mihi conscriptas ante menses aliquot eius missione presentatas habuistis, plenas veritatis et fidei; nunc item alias habetis ad vos meo nomine destinatas, in eandem sententiam continentes. Eundem Rihcwalum ecclesiae nostrae perpetuum servum ac² longo tempore canonicum aberrantem et fugitivum decennio iam sustineo et, ut redeat, monitus satis litteris et legatis, ut pastor ovem, expecto, fugientem canonicis induciis ecclesia, quam rego, teste revocavi, contempnenti ac dissimulanti maledictionem, quam Latini excommunicationem, Teutonici bannum vocant, invitus satis et dolens superinduxi. Cum autem ad Danos transfugisset, quę regio antiquo iure Hammamburgensi ecclesię subiacet, archiepiscopo scripsi beatę memorię Adelberto, ut eum suis vocationibus, sua auctoritate ad veterem dominam reducere attemptaret. Ille ex rogatu meo fecit, nihil proficiens non audientem ac in sua temeritate pertinaciter persistentem banno eodem et excommunicatione posuit³. Nunc demum

1) Ein oder zwei Buchstaben (i oder cc?) am Rande zerstört.

2) Von hier beginnt eine zweite Hand, vieles ist auf Rasur oder rauhem Pergament, manches abgesprungen, aber alles deutlich zu lesen.

3) percussit? oder ist 'sub' vor 'banno' zu ergänzen?